

Karel D. Kaju h:

CUM MANUS PRIMUM TENERAS TETENDIT

Cum manus primum teneras tetendit,  
Cor tuum gaudens tremuit timore:  
O meus mi ne moriatur infans,  
Ne moriatur!

Dormientem cum gremio tenebas,  
Flens susurrabas puero venuste:  
En, brevi firmus iuvenis vigensque  
Corpore fies!

Viribus pollens adolevit atque  
Liberæ se rei dabat usque totum.  
Spem fovens rebare vale supremo:  
Nate, redibis!

Filii nunc verba feruntur auris:  
Vivere est pulchrum, mea mater, audi,  
Mortuus pro quis sum, iterum libenter  
Sim moriturus!

SUBTILITER DICTA EX ACTIS DIURNIS

„Omnes cum naves sunt mersæ, quid faciendumst?“  
„Non desperandumst, nare profecto opus est!“

Cuncta leves homines, haud ordine composuere  
Terram, sed lunæ iam imposuere pedes.

Quidnam pulchrius est quam stultum audire tacentem?!

Ipsæ sibi est hostis, qui non sibi quaerit amicos.

Facile est ferenti corpori vacuum caput.

Bonus mi amicus melior est pecuniā.

*Ljubljana.*

Vertit: *S. Kopriva.*